

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[30\] : De Luna](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [30] : De Luna

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[30\] : De Luna](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre III

[Mythologia, Venise, 1567 - III, 17 : De Luna](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[30\] : De Lune](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[30\] : De Lune](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener Digitalisierungszentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 293v°-294r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Lune](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

præcepta fabularum, nihil propè dissentiant à veris Christianæ religionis institutis: nisi quod illi sub fabulosis hæc occultarūt, quæ nos habemus aperta & manifesta.

De Hecate.

CVM vellent autem demonstrare omnibus necessario esse moriendum, neque posse quenquam Dei voluntatem effugere, aut ab eo statutum diem præterire, Hecatei Iouis filiam & Aferix sūxerunt esse; quæ credebatur vis esse per astra descendens & occultè agens diuinitus in corpora hæc inferiora, ab his qui Iouem omnia regere putarunt, & omnibus moderari, vnde omnia proficiscerentur. quamuis alii fatorum cuiusque esse ordinem ac vim existimarent, quæ diuinitus in corpora mortalia funderetur; quam, cū nulli esset cognita, Noctis filiam crediderunt.

De Somno.

ENIMVERO ne obliuisceremur Somnum morti esse simillimū, atque omnia quæ dormiunt interire etiam aliquando solere, Somnum Deum esse antiqui tradiderunt Mortis fratrem: atque Somnus ille suauissimus dicitur, qui morti sit perquam similis. non enim solum ad recuperandas vires à Deo hunc datum esse animalibus dixerunt sapientes, sed etiam vt admoneremur quotidie quod mortuorum sumus imagines.

De Proserpina.

AD explicandam vero seminum plantarumque omnium naturam Proserpinæ signenta antiqui introduxerunt; quæ sex menses esset sub terra, & totidem supra terram. Sic enim diffundi virtutem plantarum, sex menses in ramos ob frigus subterraneum significabant, cum ab hyemis frigore superiore & circūstante virtus earundem plantarum intra terram includatur. nam sic natura suas vires omnibus animalibus, naturalibusque corporibus impertit, vt alterne exerceant. quippe cum dies etiam negotiis agendis, nox quietis causa concessa sit.

De Luna.

LUNAE naturam præterea viresque, explicantes illam filiam Hyperionis siue solis dixerunt, quia cum corpus sit diaphanes, tanquam speculum lumen à sole acceptum rursus in terras ad nos transfundit. atque eadem de causa solis soror etiam dicta est. per cursum celeritatem motus proprii indicarūt. ad exprimendam naturam, quia semper vel maior vel minor quotidie fieret, variorum colorum vestes illi tribuerunt. ad explicandas vires, hanc eandem marem & feminam dixerunt, quia vt femina, humore præbeat vtilem animantium nutrimento, atque eadem colorem vni sensim infundat, qui plurimum conferat ad incrementum: nam sine hoc ipso calore inutilis eius opera esset omnino putanda, vt autem quantum possit manifestum fiat, argumento sunt ea, quæ pertinent ad partus prægruantium animalium; quæ vim
Lunæ

Lunæ perspicuè sentiunt, quare Lucina etiam dicta est, quòd in lucem animalia educat. Hæc eadem corruptioni etiam plurimum confert, quare maxime in diebus lunæ creticis periclitantur grauius ægrotantes.

De Diana.

DIANA & Phœbus Latonæ ac Iouis filii creduntur, per quam fabulam significare mundi ortum voluerunt, nã cum informis esset prius in unã molem confusa mundi materia, quia omnia obscura essent & laterent, tenebræ illæ Latona vocatæ sunt. Phœbum & Lunam Iupiter euocauit ex his tenebris spiritus domini scilicet, cum dixisset fiat lux; cuius lucis autor est Phœbus & Diana, sic igitur mundi creationem à luce incepisse antiqui significabant. sed de his latius postea suo loco dicemus.

De campis Elysii.

SED quoniam explicata sunt supplicia quæ grauissima & sempiterna cõscleratis hominibus ab antiquis post mortem proponebantur, vt deterrentur ab omnibus sceleribus, & ab omni turpitudine, videtur esse necessarium vt quæ premia viris bonis, quibus allicerentur ad probitatem, fuerint ab iisdem proposita, perquiramus. Erant igitur eis insulæ duæ concessæ, ad quas lenes & odoriferi venti, tanquam per incredibilem florum copiam pertransissent, suaviter spirabant, solum pingue, quod omnia sine humana diligentia facile produceret. locus multis semper florum fructuumq; suauium gñibus abudabat & plantis domesticis vbiq; vestiebatur. vineæ singulis mēlibus fructum ferebant. aer sincerus & temperatus, qui nullam temporum patiebatur mutationē. nam oēs maligni venti vel procius hinc exulabant, vel si peruenirent, prius per inania loca defatigantur, omnemq; in clementiã exuebāt, quàm loca illa attingerent. placidissimi imbres hic à Zephyris vel ab Argelle excitabatur, cum plerumque tamen terra ob suam naturæ bonitatem imbris non egeret. Ibi erat suauissimarum tantum auicularum genus, quæ dulces concentus mûicæ symphonix non dissimiles passim per totum anni tempus exercebat. ibi cantilenæ erant mûicæ suauitatis, chorosq; ducebāt virgines cum pueris pulcherrimæ, quibus accinebant cū mûicis instrumentis peritissimi cantores. Epulæ ibi nascebatur saluberrimæ, nulla sentiebatur ibi senectus, nulla ægrotudo, nulla mētis perturbatio. non auri, non diuitiarum cupiditas, non honorum animos beatarum animarum infestabat; omnes priuatam vitam rebus necessariis contentã vel maximis imperiis anteferebant exiliuabant. Hic vnusquisq; iisdem studiis exercebatur, quæ viuenti gratissima extitissent.

De Lethe flumine.

ENIMVERO quia putabant antiqui philosophi animas hominum esse immortales ac sempiternas, quæ fuit Pythagoræ opinio, & aliorum quorundã, hæc crediderunt pro singulorum meritis, & pro rebus in priore vita gestis semper in noua corpora denuo transmitti; atq; hoc ipsum ad inferos mitti esse putabant, in noua corpora redire. At. n. quia non facile adduci poterant

Ecce a animæ